


**Rector Academiae Rostochiensis, Gottlob Fridericus Seligmann/ Metaph. & Phys.
Prof. Facult. Philos. Decan. ... Ad Exequias ... Matronae, Johannaë, natae
Bacmeisteriae, Viri ... Dn. Michaelis Laurentii ... pie paratas, Omnes Omnium
Ordinum ac Dignitatum Cives Academicos, quo fas est, studio invitat : [P. P. d.
19. Mart. An. MDCLXXXIV.]**

Rostochii: Weplingius, [1684]


<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn746582935>


Druck Freier  Zugang




Seligmann, G. F.,
in **J. Bacmeister**,
uxor. M. Lavrens.
R. 1684.

46







e. d!
RECTOR
ACADEMIÆ ROSTOCHIENSIS,
GOTTLOBFRIDE-
RICUS Seligmann/

Metaph. & Phys. Prof. Facult. Philos. Decan.
Templi. Cathedr. Archidiacon. & apud Lipsiens.
adhuc Ducalis Collegiatus,

Ad

Exequias

*Honestissima Omnibusque Virtutibus Fulgidissima
Matrona,*

JOHANNÆ,
natae BACMEISTERIÆ,

VIRI Amplissimi Prudentissimiq,

DA MICHAELIS
LAVRENTII



hujus Urbis meritiss. spectatiss.

LaudatissimæVIDUÆ
Abs Tristissimis RELICTIS
piè paratas,

Omnes Omnium Ordinum ac Dignitatum CIVES
ACADEMICOS, quò fas est, studio invitat.

ROSTOCHII, Prælo WEPLINGIANO, Univerf. Typogr.



Incomio prosequitur insigni certè
HANNAM Ambrosius, Matronam,
cujus in præsentati Christi Historiâ
Luc 11. fit mentio. *Prophetavit, in-*
quit, Simeon: Prophetavit (Eli(sabetha)
copulata Conjugio; Prophetavit (Ma-
ria) Virgo: Debuit etiam Vidua Prophetare, ne
qua aut professio deesset aut sexus. Et vidua quidem
(hæc encomij verba) propecta admodum ætatis,
summæ continentia & Castitatis, eximiaque pietatis,
quæ corpus suum jejuniis & animum precibus DEO
quotidiè consecrabat & obferebat (vid. Calixt. in Conc.
I. c. 11.). Vix crediderim digniora de Matrona Deo
dedita pronunciarî posse. Laudat Ambrosius
ætatem admodum propectam; ô quantum hæc DEI
beneficium! Sunt rari, ut Gramondus benè lo-
quitur H. G. p. 145 quibus extrema Senectus permitti-
tur; sed quò rarior hæc beatitas, eò major, ubi iis
competit, qui ut ejusdem verba habent, Christia-
na pietate non indignum censent, furto sibi subducere
extre-

extrema vita, Deo adplicanda. Atque hinc etiam
excellenter HANNÆ laus est, quando ætati vir-
tus, tanquam Genuina Bonæ senectutis Comes,
adjungitur. Ut enim res mortalium cadere solent,
nunc læta adparet facies, quam mox tristis excipit
minusque favens. At inter mala etiam obvenien-
tia, omnia ei adsunt bona, penes quem est Virtus.
Virtus in HANNA extollitur, quam in viduis Apo-
stolus requirit: *Quæ verè vidua est ac desolata, spe-
rat in Deo & perseverat in observationibus ac precatio-
nibus nocte dieque (1. Tim. V. 5).* Virtus Continen-
tia est & Castitas; digna utraque, quæ suis decoretur
elogiis, *Illæ sub Zona, Cinguli, quò corpus præ-
cingitur; Hæc, sub Porphyrii; Avis, adulterium,*
tantoperè exosæ, ut si quam eò inquinari depre-
hendat, continuo sese impatientiâ sceleris stran-
gulare scribatur, eximiis emblematis inter scri-
ptores (*vid. Masen. Specul. Imagin. c. 7. 8. n. 69*) nitet.
Virtus Pietas est, corporisque & animi devota de-
dicatio. Illa Ciconiæ, Africos serpentes rostro in-
sectantis, Symbolo fulget; cum Dicto: **DONEC
CONFICIAM** (*vid. Thesaur. Inscr. p. 4.*); hæc amo-
ris cælici speique vividæ impulsu nititur, O quàm
egregium hæc in virtutis assignatione encomium!
Vult idem prolixius deducere, **PROBÆ, VI-
DUÆ**, præscribens benè vivendi Regulas, Augu-
stinus, Hinc jubet eam, quantâcunqve tempora-

lium honorum felicitatis circumfluat, persistere in
orationibus, se item, præ amore veræ vitæ, desola-
tam purate in hõc seculõ, & quæ alia piissimè ibi-
dem probæ Menti PROBÆ infusurrat. Sed ea
ipsa vivõ exemplõ exhibebat HANNA, his laudibus
ab Ambrosio, imò abs SPIRITU S. decorata.
Utinam verò & in vivâ adhuc JOHANNANostrâ,
cui hodiè Exequiæ decentissimè parantur, idem de-
monstrare possemus, ceu de eadem demortuâ
deprædicare ex verõ habeant. Sanè Digna illa,
quam paribus semper encomiis evehamus, cui in-
super ultimum frequentissimi comitatus honorem
hodiè exhibeamus. Pro merita hoc omne ipsa est,
pro meriti sunt, quorum, post DEVM, beneficio
hanc vitam debuit; Majorum nunc in Dominõ qui-
escentium. Natales enim retulit ad PATREM
VIRUM Nobilissimum, Amplissimum atque Ex-
perientissimum, DN. JOHANNEM BACMEISTE-
RUM Phil. & Medic. Doct. inclutiss. Profess. Cele-
berr. & Colleg. Ducalis in h'c Academiâ Senioreni
Gravissimum. MATREM verò *αριστοτέλιος*, cu-
jus unguenti pretiosi instar inter BONOS fragrat
memoria posthuma, CHRISTINAM Cassen. A-
vum paternæ lineæ venerari potuit VIRUM Ma-
ximè Reverendum, Ampliss. atque Excellentissi-
mum, DN. LUCAM BACMEISTERUM, Doctorem
& Professoreni Theologum de Academiâ, nec non
per

per XLVI. Ann. Pastorem, ut & Superintendentem
de Eccles. quæ JESU SALVATORI Nostro hic
colligitur, meritisimum. : AVIAM Decoratissi-
mam omniqve laudum & virtutum nitore commen-
datissimam Matronam, JOHANNAM BORDIN-
GIAM. AVUM Maternæ lineæ habuit coluitqve
VIRUM Spectabilem ac Præ-Eximium DN. JACO-
BUM Sassen/è primariis Roteæ hujus Urbis Civibus
AVIAM Honestissimam omnibusq; virtutibus com-
mendatissimam Matronam, ANNAM BURENIAM,
PROAVUM Paternæ lineæ agnovit, VIRUM bonæ
probataqve fidei & Pietatis, DN. JOHANNEM
Bacmeister/Civem Luneburgensem; PRO-AVIAM,
Honoratissimam Ornatissimamqve Matronam,
ANNAM Lübbings. PROAVUM Maternæ lineæ
memorare scivit Ampliss. Prudentissimumqve VI-
RUM, DN. PETRUM Sasse/Senatorem hujus ur-
bis gravissimum. : PROAVIAM Nobilissimam
venerandamqve Matronam, THALIAM TURC-
KOWEN, ex per-antiqva TURCOVIORUM Fa-
miliâ oriundam. Hi sunt Parentes, hi Majores,
abs quibus ortum derivare suum laudatissima No-
stra potuit JOHANNA: hęc nomine cum Ba-
ptismi lavacrâ tingeretur, quod, ubi ejus vagitus
primos Rosterum Nostrum Anno MDCXII hęc ipsâ
Martio Mense excepisset, non multo post conngit,
in AVIÆ optatissimam mnemosynon exornata.

X3

Nec

Nec defuit bonæ originis bona educatio, quam faustam esse ac
 elicem is iussit, cujus nutu geruntur omnia ac diriguntur. Cre-
 vit ætate, crevit gratiâ apud Deum & Homines, pulcherrimum-
 que Nominis omen, JOHANNA Nostra in omnibus, quantum
 fieri potuit, explevit. Factum inde, ut Anno MDCXXXIII.
 d. 8. Maji tùm Civi post ab Ann. XLII. Senatori ap. Nos Spe-
 ctatissimo, Ampliff. proin & Prudentiff. VIRO, DN. MICHA-
 ELI LAURENTZ, nunc B. felicissimò Conjugij vinculo jun-
 geretur. Quod nec benedictionis divinæ expers sensit. Edi-
 dit enim in lucem novem liberos: eosque inter, Sex Filios,
 Tres Filias, Scilicet: JOHANNEM I. JOHANNEM II., CHRI-
 STOPHORUM, (tenerrimâ tamen in ætate ereptos rursus),
 JOHANNAM porrò & CHRISTINAM (quam posteriorem,
 ubi adolevisset paulò, inopinus sclopeti ictus abs homine im-
 pio profectus è numero vivorum iussit excedere); Inde MAT-
 THÆUS sequitur & SOPHIA (quæ & ipsa quoque renellula ob-
 ject); tandemque JACOBUS numerandus est & LUCAS, cum
 JOHANNA & MATTHÆO per tempus aliquod, & illa & iste
 adhuc per Deigratiam superstites. Atq; JOHANNAM quod
 attinet, ducta illa Domum fuit Anno MDCLVII. 16. April. abs
 VIRO spectabili ac Præstantissimo, DN. BERNHARDO
Scharffenberg / Cive & Zythopæo hic loci Præ-Eximio,
 quem pariter fœcundâ prole beatum reddidit: De Novem en-
 quos progenuit liberis: MICHAELE-GEORGIO, JOHAN-
 NA-JUSTINA, BERNHARDO-JOHANNE, DANIELE-
 JACOBO, MARGARETHA-CHRISTINA, ANNA-UR-
 SULA, MARIA-ELISABTHA, NICOLAO ERNESTO &
 MATTHÆO-HENRICO, duæ Filix, MARGARETA-CHRI-
 STINA & ANNA URSULA nuper sepultæ sunt. MAT-
 THÆUM autem quod concernit, Clarissimus Is Phil. Magister
 & ad D. Mar. Diaconus Meritissimus, dum viveret, extitit, co-
 pulatamque sibi dulcissimo Matrimonio VIRI Pl. Reverend. B.
 DN.


DN. JOACHIMI LINDEMANNI, Archi-Diac. Mariani, dilectissimam Filiam, Virginem tum, omnibus Dotibus nitidissime conspicuam, MARIAM ELISABETHAM, sincerissime at & brevislime amavit; quod morte sua partum etiam Filiae, non diu vitalis, anteverteret. Sed JACOBUS Civem se vere Bonum & Zythopœum laudabilem hic demonstrans, uxorem sibi exoravit & indeptus est, VIRI & Senecture venerabilis, & meritis in Jacobæam nostram, cui & ipse praefectus est, ædem Clari, DN. HENRICI PASCHEN, Civis etiam & Zythopœi æstimatiss. Filiam natu Maximam, pietateq; & morum elegantia florentissimam, ELSABEN, ex qua vidit JOHANNAM-MARGARETAM & MICHAELEM-HENRICUM, Deo benignissimo ita volente, adhuc viventes; dum Ipse ad vitæ terminalia, elapsis abhinc quinque septimanis, beatissime properavit. Super est LUCAS, Auri Probator bonus, Bernstadii Silesiorum habitans, qui ex Conjugio hactenus felici geminam prolem suscepit quidem, sed alteram caelo restituit.

In tantam se extendit Matronæ Nostræ Beatissimæ memoria propaginem. Ipsa interim Virtutum optimarum Exemplar non immerito vocata fuit: Ipsa HANNÆ simillimam JOHANNAM se exhibuit. Sed verò heu! exhibuit; quæ nunc praesentiam suam exhibere desuit. Ut enim Senectus ipsa morbus est; ita deficientibus per eam viribus, moeror accessit, quem ex solatii sui post DEUM optimi, FILII hinc degentis, insperato secessu sensit, quod & Eandem afflixere hinc festinantes quoque NEPTES; ipsius deliciae. Isque adeo invasit corpus, ut imminere mortem sibi, satis colligere posset. Verum ergo via ad caelites feliciter conficiendæ Viaticum desiderando desideravit, utque eodem rite instrueretur SALVATORI Sanctissimo confisa anima, promptè petitis hisce devotissimis Confessionarius assurrexit, VIR Pl. Rever. & Ampliss. DN. M. HENRICUS CARMON, Pastor Cathedral.
adis

ædis meritisimus, Collega Noster honoratiss. & pro more suo i. e. fidelissimè piissimèque ad superiora, quæ hanc vitam excipiunt, aspiranti adstitit. Seposuit exin magis & magis JOHANNA Nostræ ea, quæ in terris distingere mentes hominum solent, paratissimæque semper ultimam vitæ horam expectavit: quam &, efficacissimæ licet abs Nobilissimo, Experientissimoque BARNSTORFIO, Doctore Medico & Practico celebratissimo, præscriberentur medicamina, quod per absurtas senio & mœrore vires, vim exerere suam non possent; d. 13. Mensis hujus, ubi de nocte undecima instaret, placidissimè attrigit, sicq; ad annum LXXII. provecta in pace expiravit. Quamvis autem voti sic sui compos sit reddita, quod in corde tenus hæc fovit semper & constantissimis ad extrema usque indicibus declaravit; Non absque luctu tamen hodiè inclutas urbis hujus Familias, Beatissimæ Nostræ attiguas, cernimus, Deplorant Decus Ornamentumque suum; deflent Prudentiam sæpè ipsis proficuam, lugent exemplar virtutum, omnibus probatissimum. Ceterum uti HIS ab Eo, qui HANNÆ laudes in sacris annotare voluit, qui nostram etiam JOHANNAM per vitam omnem direxit & moribundam in spe & fiducia sustentavit, erectos recreatosque undiquaque animos adprecamur; sic & Nos ipsi non parum solatiorum conferemus, si frequenti comitatu Exequiis laudatissimæ hujus Matronæ promptissimi intererimus. Ad Vos ergo, O CIVES honoratissimi, æstimatissimi, ad vos, inquam omnes hæc tendit præscriptio, ac, quæ fas est, humanitate & studio rogat, ut hoc decentissimum charitatis Christianæ officium, ceu soletis h. e. satis ampla præsentia benevo- lè contestemini. Erunt vicissim, in quibus, det latissima quævis DEUS! se reciproca Vobis aperient. Valere, scripsit, festinantiss. calamò & P.P. d. 19. Mart. An. MDCLXXXIV.

Sub Sigill. RECTOR. Conveniemus in æde


Jacob. hor. 1.





DN. JOACHIMI LINDEMANNI, Ar
lectissimam Filiam, Virginem tum, omni
mè conspicuam, MARIAM ELISABETI
& brevissimè amavit; quod morte suâ pa
diu vitalis, anteverteret. Sed JACOBUS
& Zythopœum laudabilem hic demonst
pravit & indeptus est, VIRI & Senectute
in Jacobæam nostram, cui & ipse præfetu
HENRICI PASCHEN, Civis etiam &
Filiam natu Maximam, pietateq; & mor
tissimam, ELSABEN, ex quâ vidit JOHA
TAM & MICHAelem-HENRICUM,
volente, adhuc viventes; dum Ipse ad v
abhinc quinque septimanis, beatissimè p
LUCAS, Auri Probator bonus, Bernstadi
qui ex Conjugio hactenus felici geminan
dem, sed alteram cœlo restituit.

In tantam se extendit Matronæ N
moria propaginem. Ipsa interim V
Exemplar non immeritò vocata fuit: I
mam JOHANNAM se exhibuit. Sed v
quæ nunc præsentiam suam exhibere desi
ipsa morbus est; ita deficientibus per e
accesit, quem exsolatii sui post DEUM
degentis, insperato secessu sensit, quò
hinc festinantes quoque NEPTES; ipsius
invasit corpus, ut imminere mortem sib
set. Verum ergo via ad cœlites felicit
cum desiderando desideravit, utque eò
SALVATORI Sanctissimo confisa anit
hisce devotissimis Confessionarius assun
& Ampliss. DN. M. HENRICUS CARMO



ariani, di
nitidissi
riffimè at
Filia, non
è Bonum
a sibi exo
& meritis
clari, DN.
stimatiss.
iâ floren
RGARE-
ssimò ita
ia, elapsi
Super est
nabitans,
cepit qui
ima me-
timarum
E similli-
xhibuit;
Senectus
mœror
ILII hie
affligere
que adeò
gere pos-
læ Viati-
rueretur
è petitis
l. Rever.
thedral.
adis